Advocato[v] autem sic constituto non liceat contra voluntatem abbatis subadvocatum vel causidicum per predia monasterii disponere[12], sed omnia illibata secundum privilegia custodire. *Si autem non ut* defensor, *sed pocius* ut *calumniator et pervasor* rerum sibi commissarum extiterit, nostro banno excommunicatum *omnino habeat abbas potestatem hunc reprobare et alium sibi utiliorem, undecunque* placuerit, auxilio eciam imperatoris, si necesse fuerit, eidem monasterio providere[13].

Datum per manus Jo⟨hannis⟩dia⟨coni⟩ etc.

Prescriptum[w] privilegium Gebehardus abbas huius monasterii Hirßaugiensis tercius decimus ab Urbano papa secundo impetravit, quod et Ruthardus Moguntinus archiepiscopus cum legisset, libenter accepit et in his, que suam personam successoresque concernunt, libenter consensit, multoque tempore sic extitit practicatum.

Advocato autem sic constituto non liceat contra voluntatem abbatis ⟨sub⟩advocatum vel causidicum per predia monasterii disponere, sed omnia illibata secundum ⟨priv⟩ileg⟨i⟩a custodire. Si autem non ut defensor, sed potius ut calumpn⟨iator et⟩ ⟨per⟩va⟨sor rerum sibi commissarum⟩ ex⟨titerit⟩, nostro ⟨banno⟩ ex⟨communic⟩a⟨tum omnino⟩ ⟨habeat⟩ abba⟨s⟩ p⟨o⟩te⟨st⟩ate⟨m⟩ h⟨unc⟩ reprobare et ⟨alium sibi utilio⟩re⟨m⟩ undecu⟨m⟩que placuerit ⟨au⟩xilio etiam imperatoris, si necesse fuerit, eidem monasterio providere.

---

v) *am Außenrand:* Subadvocatus non potest alium substituere. w) *am Außenrand:* Ruthardus archiepiscopus consensit.

---

12) DH IV 280, S. 361: *ne subadvocatum pro se faciat (advocatus).*

13) Ebd. S. 361: *Si autem non ut advocatus sed potius calumniator et pervasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc reprobare et alium sibi utiliorem undecumque eligere.*